Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26021
Copyright: Admont, Benediktinerstift

regem & populum admonet tranquillitatis apertiq; epistolam qua precat
fidelissimos sibi multos hortabatur ut successori suo benuolentiam exhiberent
& grām. d pertis etiam tabulis testamenti recitatur philippus tracontidis
regionis & finitimorum locorum heres nuncupatus. tetrarches antipas. rex
archelaus. ita tamen ut ad cesarem deferri anulum suum atq; ei arbitriū
& firmamentum omnium dispositionum suarum reseruaretur: ac tunc de
mum ratum esset testamentum suum. si cesar probasset. Reliqua sedm priora
sua testamenta custodiri precepit. Continuo acclamatio facta multum ar
chelao plaudentium. circumuallatur illico stipatorum ambitu promittunt
benuolentiam spondent fidem. Post hec competenter atq; magnifice
funus cura. tum omni ambitu regalium diuitiarū premisso ad pom
pe funebris celebritatem. Lectus erat auro totus & gemmis insignitus.
stratum refulgens murice corpus adopertum purpura dyploide quā
uiterneclebat fibula lapidibus preciosis coruscans. diadema adhere
bat uertici supraq; corona aurea. sceptrum inde extera ut uiuentem
putares. Preibat agmen thracum. germani & galli stipatores regii.
militarem seruabant ordinem pari modo succincti armis ac si in bellū
pdirent. sed ora mesti & dolentib' similes p sequebantur. Reliqua ma
nus p sequebatur ornatu solito & cultu assueto comitantibus pariter
ducib' & centurionib'. quinqua ginta etiam seruorum & libertorum
regie domus. aspgebant aromata ut suauis odore tota fragraret via.
Lectum filii regis & ppinquorum uis maxima circumfundebat. Sepul
tus est in herodio ut ipse mandauit qd' aberat ducentis stadiis ab eo
loco in quo finem uite inuenit. magno obsequio p tantum spacii de
ductus uniuersorum. sed non omnium pari affectu. Metus enim offi
cium non uoluntatis extorserat. dolor intra se saltum liberam habebat
sententiam. Hunc finem habuit herodes.